

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Invidia x  
cum fonte primo

Invidia: Quid monstruosius monstrum?  
Quid dampnosius dampnum? Que  
culpabilior culpa? Que penaliior pena?  
Hec est erronee cecitatis abyssus,  
humane mentis infernus, contencionis  
stimulus, corrixacionis aculeus.  
Qui sunt inuidie motus  
nisi humane tranquillitatis  
hostes, mundane depredacionis  
satellites, animi laborantis uigilie  
hostiles, aliene felicitatis excubie?

Alanus ibidem (de complanctu nature).

Pro dolor,  
inuidia quid monstruosius monstrum,  
quid dampnosius dampnum, que  
culpabilior culpa, que penaliior pena?  
Hec est erronee cecitatis abissus,  
humane mentis infernus, contentionis  
stimulus, corrixationis aculeus.  
Qui sunt inuidiae motus  
nisi humane tranquillitatis  
hostes, mentalis depredationis  
satellites, animi laborantis uigilie  
hostiles, aliene felicitatis excubie?

Alanus de Insulis, *De planctu naturae*,  
14 (N.M. Häring ed., p.862, ll.74-79).